Vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanei Premysliensis Terminos dilationes sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ad earum praesentationes faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel implicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs, Inscriptione Terrestri bello, conventionesque ac alijs quibuscunque Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo Evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Manasterscij se se Quietant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensis Capitanei Premysliensis Nobiles Theodorus Manasterski olim Nicolai Manasterski filius ab Una, et Ioannes Manasterski Xaviis parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensis Capitanei Premysliensis Iurisdictioni pro ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis quibusdam omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit; Quod ipsi se se mutuo et invicem Una pars alteram de Intercisa certa inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius sic Premysliae die Vigesima Martij Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo confecta et conscripta manibus Contrahentium proprijs ab Utrinque subscripta Actisque Officij praesentis Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis roborata tum de eiusdem Intercisae Inscriptione Roboratoria Castrensi Premysliensi Quietant emittunt dimittunt liberosque et absolutos se se pronunciant, Intercisam eandem cum omnibus Conditionibus et legamentis eiusque Inscriptione Roboratoria Castrensem Capitanealem Premysliensem Cassant, mortificant, et annihilant Recognoscentes sibi ab Utrinque in praemissis omnibus sufficienter et plenarie ab Utrinque satisfactum esse, Manasterski